

trinitas . quia nouimus quid sint tria  
 sed non hoc diligimus . Nam id ubi vo-  
 lumus facile habemus ut alia omittam  
 vel micando digitis tribus . an vero di-  
 ligimus . nō q̄ omnis trinitas . sed q̄ tri-  
 mitas deus . Hoc ergo diligimus in tri-  
 mitate . quod deus est . sed deum nullū  
 alium vidimus aut nouimus . quia vnus  
 est deus . ille solus quem nondum vidi-  
 mus . et credendo diligimus . Sed ex  
 qua rerum notarū similitudine vel cō-  
 paratione credamus . quod etiam non  
 dum notum deum diligamus . hoc ques-  
 titur . **Ca. vii**

**S**edi ergo mecum et considerare  
 mus . cur diligamus apostolū .  
 Nunquid nam propter huma-  
 nam speciem quam notissimam habem⁹  
 eo q̄ credimus eum homines fuisse nō  
 vitā . Alioquin nunc non est quem dili-  
 gamus quandoquidem homo ille iam  
 non est . Anima em̄ eius a corpore sepe  
 rata est . Sed id quod in illo amamus .  
 etiam nunc viuere credimus . Amamus  
 em̄ animum iustum . Ex qua ergo gene-  
 rali aut speciali regula . nisi quia scim⁹ .  
 et quid sit animus . et quid sit iust⁹ .  
 animus quidem quid sit non incongrue  
 nos dicimus ideo nosse . quia et nos ha-  
 bemus animum . Neq̄ em̄ vnquam o-  
 culis vidimus . ex similitudine visorū plu-  
 rium . notionem generalem specialemue  
 percepimus . sed potius ut dixi . quia et  
 nos habemus . Quid em̄ tam intume sci-  
 tur . seq̄ ipsum esse sentit . q̄ id quo etiā  
 cetera sentiuntur . id est ipse anim⁹ . Nā  
 et motus corporum quibus preter nos  
 alios viuere sentimus . ex nostra similitu-  
 dine agnoscimus . quia et nos ita moue-  
 mus corpus viuendo . sicut illa corpora  
 moueri aduertimus . Neq̄ em̄ cum cor-  
 pus viuum mouetur . aperitur vlla via  
 oculis nostris ad videndum animum .  
 rem que oculis videri non potest . sed il-  
 li moli aliquid inesse sentimus . quale no-  
 bis inest ad mouendum similiter molem  
 nostram . quod est vita et anima . Neq̄

enim quasi humane prudentie rationis  
 q̄ proprium est . Et bestie quippe senti-  
 unt viuere . non tantum seipsas . sed eti-  
 am inuicem atq̄ alterutrum et nosipos  
 Nec animas nostras vident . sed ex mo-  
 tibus corporis . idq̄ statim et facillime  
 quadam conspiratione naturali . Animū  
 igitur cuiuslibet ex nostro nouimus . et  
 ex nostro credimus quem non nouimus  
 Non em̄ tantum sentimus animum . sed  
 etiam scire possumus quid sit anim⁹ cō-  
 sideratione nostri . habemus em̄ animū  
 Sed quid sit iust⁹ . vnde nouim⁹ . Dixe-  
 ramus em̄ nos apostolum non alia cau-  
 sa diligere . nisi q̄ sit iustus anim⁹ . No-  
 uimus ergo et quid sit iustus . sicut qd  
 animus . Sed quid sit animus ut dictū  
 est nouimus ex nobis . inest em̄ animus  
 nobis . quid autem sit iustus vnde noui-  
 mus . si iusti non sumus . Nō si nemo no-  
 uit quid sit iustus nisi qui iustus est . ne-  
 mo diligit iustum nisi iustus . Nemo em̄  
 potest diligere quem iustum esse credit  
 ob hoc ipsum quia iustum esse credit . si  
 quid sit iustus ignorat . Secundum q̄  
 superius demonstraui . neminem di-  
 ligere q̄ credit et non videt . nisi ex ali-  
 qua regula noticie generalis siue specta-  
 tis . Ne per hoc si non diligit iustum nisi  
 iustus . quomodo volet quisq̄ iustus es-  
 se qui nondum est . non em̄ vult quisq̄  
 esse quod nondum diligit . Ut autem sit  
 iustus qui nondum est . valet utiq̄ iust⁹  
 esse . ut autem velit . diligit iustum . Dili-  
 git ergo iustum . et qui nondum iustus ē  
 Diligere autem iustum non potest . si qd  
 sit iust⁹ ignorat . proinde nouit quid sit  
 iustus . etiam qui nondum est . Vbi ergo  
 nouit . non oculis vidit . An vllum corp⁹  
 iustum velut album aut nigrū . aut qua-  
 drum . aut rotundum . quis hoc dixerat  
 oculis non vidit nisi corpora . Iustus au-  
 tem in homine non est . nisi animus . Et  
 cum homo iustus dicitur . ex animo dici-  
 tur . non ex corpore . Est em̄ quedā pul-  
 critudo animi iusticia qua pulcri sunt  
 hoīes . pleriq̄ etiam qui corpe distorti